EX LIBRIS
No 12440
SAMUEL LATHAM MITCHILL BARLOW

EX LIBRIS
NOV. EBORAC.

GAUDEO
John Carter Brown
Library
Brown University

EX LIBRIS
No 1240
SAMUEL LATHAM MITCHILL BARLOW

B 561

Tomasso, alias Fedra, Inghirami, a celebrated poet and orator, was born at Volterra in 1470, and died at Rome in 1515, holding the office of keeper of the archives of the Vatican.

The prince John who is the object of this funeral oration, is Don Juan, son of Ferdinand and Isabella, heir apparent of the united crown of Castil and Aragon, Peter Martyr's pupil, born at Seville June 30th 1478, died, universally regretted, October 4th 1497, six months after his marriage with Princess Margaret, daughter of the Emperor Maximilian, and probably in consequence thereof:

"Hortantur medici Reginam, hortatur et Rex, ut a principis latere Margaritam aliquando removeat, interpellet. Inducias precantur. Protestantur periculum EX FREQUENTI COPULÃ EPHEBO IMMINERE.... Says Peter Martyr (Epistola, CLXXVI)

UNDESCRIBED AND UNIQUE.

Printed probably at Rome in 1497.

H. H.

See on the verso of leaf 11th, the passage commencing in these words:

"Insulas in mari Lybico ad illos defecisse: atque interim mississe: qui maria scrutarentur ut apud ipsos Antipodes quos nusquam esse quidem antea putabamus: Christi nomen penetraret & quas regiones

Garsilasso Mendozę dela Vegha Serr: & Catholl: Regis & Reginę Hiſpanię ad Alexandrũ vi Pont Max Oratori T Phedrus

Functa fuerat ſuo officio mea oratio: latebatq; domi/ſcombris quãdoq; integumentum datura: tu rurſus illam in lucem reuocas/geratur mos tibi: Ego quãdo ſat ſemel ſucceſſit belle/iterum in aleam deſcenſurus nõ ſum: ſequatur quicunq; uolet euentus/de me culpam hanc demo: tibiq; (cuius imperio hęc geruntur omnia) eam/quanta eſt/impono: quod ne factum ire poſſes inficias/ tuum ſibi nomen in fronte inſcripſit: tibi quicquid acciderit imputatura: uides igitur q̃ tibi ſit utriuſq; noſtrum nomine tuẽda: Mihi affatim conſultum putauero/ſi tuo fuerim animo obſecutus: Cui me iam diu nõ tam domus tua Ducum ſeminarium/nõ bellica uirtus Saracenis formidata/ non ad omnia natum ingeniũ/quo maximos Chriſtiani orbis motus & ſcimus & fatemur repreſſos eſſe/nõ tam deniq; Regium nomen quod refers / quam ille tuus erga bonas litteras amor/iugeq; ſtudium addixerũt

Vale

T. PHAEDRI INGHERAMII VOLATERRANI de obitu illustrissimi IOANNIS Hispanię Principis ad Senatum Apostolicum. ORATIO.

ERunt fortasse nonnulli ex his qui conuenerunt (Patres amplissimi) qui cum me sciant iussum esse tumultuario ac penc immeditato dicendi genere: de Acerbissimo obitu Ioannis Hispanie Principis uerba facere: Longo a me ordine aut ipsius Hispanie laudes, aut Regū non tam admirabilem successionem, quā ingenitam & prope hereditariam uirtutem expectent: Quod putent nil magis oportunum posse accidere: quo maior ipsa calamitas fuisse ostēdatur: Cum maxima uel potissima Christiani orbis pars suo Principe priuata: Sanctissimi & inuictissimi Reges unica sint prole orbati: Accedit quod si de defuncti laudibus dicēdum est: Quid est quod maius possit excogitari? Quā regnum quod illi erat propositum intueri. Parentum exordia a qbus fuerat procreatus speculari: Si enim regnum inspicias omnium maximum Vetustissimum, Armis: Equis: Vbertate: Viris: opulentissimū. Si maiores Gotthos orbis domitores: Reges ex ordine quatuor & octuaginta perpetua successione: nec unq̄ interpolata: Si deniq; ipsos genitores unicum regale decus ornamentumq; Christiani imperii propagatores Ab religione aberrantiū flagrum: pacis iusticieq; omni ore occidue restitutores: Vi potestateq; maximos:

uirtute optimos:religiõe catholicos: rebus deniq; om
nibus glorioſiſſimos:ut nihil uel a natura:uel a uirtu
te:uel a fortuna optari poſſit quod cumulatiſſime nõ
ſint cõſecuti: & que multis ſęculis in bonis omnibus
principibus deus contulerit:ea omnia in his duobus
congeſſiſſe uideat: Verum nobis alius orationis cur-
ſus tenendus eſt:Cum quia omnium ſermone pro di-
gnitate iam ſatis celebrata uidẽtur: nec quiſquã tam
ingrate memorię eſt: cui non ſingule eorum res geſte
animo penitus inſederint: Tum quia temporis nõ pa
titur anguſtia:ut tam longe lateq; uagemur:& ipſe a
nimus tanto dolore quaſi obducta nube implicitus:
nihil poteſt longius poſitum intueri:ſed in hunc ipm
tam in matura morte ereptum:omnem obtutũ cõuer
tit:non quod maximas eius uirtutes ampliſſimamq;
gloriã dicturum me ſperem:Quas omnia uelle nar-
rare quante ſit impudentie aliqua preterire quã mag
ne ingratitudinis eſſe cẽſeatur/ Tacita ueſtro; animo
rum opinione relinquo:adtamen ueſtra fretus huma
nitate non dubito ueniam me facile impetraturum ſi
non omnia adſequi potero oratione:cũ uix ſenſu quo
dam animi tacito & cogitatiõe:ne dum uerbis aut lit
teris quenquã æquare poſſe intelligatis: ſiqua tamen
tacebimus: non idcirco minora uidebunt quia tace-
antur:cum ex ſe ſat luminis habeant & ſplendoris:p-
ſtringam ergo quedam carptim breuiterq;:& quaſi li
bata ueſtris cogitationibus preſentabo:Quis enim tã
uaſtũ pelagus ingreſſus: in ipſo etiam portu naufra-

gium non uereatur:quem tue ille laudes o quondam unica christiani orbis spes non terrefaciant: seu corporis animiq; bona sint discutienda: Illud enim os ꝓbum tam facundum:illa de celo tracta speties:illa sereniſſime frontis maiestas:Ille oculorum sidereus uigor:ardorq; imperatorius:ille totius corporis honestiſſimus status:ita undecunq; principem ostentabant: ut ni tantum regnum hereditario iure possessurus fuisset:de regeq; eligendo diuersis in locis comitia habita essent:ex omnibus prouintiis omnia in eum suffragia omnes conuertissent:an poterat esse non pulcherrimum spetiosumq; hospitium in quod nobiliſſimus animus missus esset: cum mutuo se quasi federe iunx issent:cum alter alterius crescceret offitio: & non nihil uirtuti forma suffragaret. Tum ille ipse animus qualis quã ad omnia accomodatus: ipsa natura moderatus: doctrina uero atq; optimarũ artium studiis eruditus: ut ad uirtutem comparandam excolendumq; animum nil usq̃ oportunum reliquerit: illum Toga armaq; certatim honestabãt:nil domi partum: quod non foris splendesceret:nihil foris quod non domi delectaret:terrorem reuerentia amorem humanitate captabat:Et quid esse poterat admirabilius quam in iuuene prudentia singularis:in omnibus delitiis adfluente castigata temperantia:in summa rerum licentia modestia admirabilis:cũ nihil de concessis etiam etati uoluptatibus in sacrum pectus admiserit:Cũq; nobis multa blandimenta natura genuerit qbus sopita

uirtus cõniueret multaſq; adoleſcentię lubricas uias oſtenderit quibus inſiſti ſine caſu prolapſuq; uix poſ ſit multarũq; rerum iucundiſſimarũ uarietatẽ dede/ rit:qua nõ modo ętas in ipſo flore ſed etiã iam corro/ borata caperet:tanto tamẽ animi robore: tantaq; uir tutis indole ac continentię fuit:ut omnẽ uitę ſuę cur/ ſum nõ in ludis nõ cõuiuiis ſed in animi contentiõe conficeret:omneq; id cenſeret reſpuendum: quod nõ eſſet ſumma cũ laude honore ac dignitate cõiunctũ: ſui ipſius undecũq; domitor & impator:quod ſi lau/ dari ſolent duces exercituũ coronari extolli:quod bis aut ter hoſtẽ ſuperauerint:quibus illum laudibus ce lebrabimus:qui ſemp ſeipſum qđ difficilimũ eſt uice rit:atq; eo magis quod quottidie iueniunt qui hoſtes uincant:rariſſime qui ſeipſos:Quid dicã de benigni/ tate facilitate humanitate: quę uel eximia quadã in eum omniũ ubiq; gentiũ quibus uel pauxillo notus eſſet beniuolentia declarantur:atq; eo ſunt clariores: quo paucis contigit habũdare diuitiis:carere arogã/ tia cũ felicitatis ppetua comes ſit ſuperbia:At hic no ſter quã rectius: qui cũ nihil haberet ad dignitatem augendã excogitauit ſe poſſe creſcere:ſi ſe ſuę magni/ tudinis ſecurus ſummitteret: Iam illa comitas oibus par:ille cliẽtibus renutus quidã familiaritatis notis additis:facilis in admittẽdo:patiẽs in audiẽdo:ut ſer moni finẽ dicentis pudor nõ eius faceret cõtumelia: neminẽq; ab ſe triſtẽ dimitteret: Tum ueniẽtes ad ſe proceres quo uultu excipiebat:qua facilitate aſſurge

bat:nec tanq̃ ſellę affixus imputãti ſimilis dextrã pi/
gre cunctanterq; porrigebat:nullis eius aures expoſi
te delatoribus:nullis patule calũniiſ:O unicũ uirtus
datũ bonũ mortalibus quę ſola hoĩes deo concilias:
inter quos nõ ſolũ ſpatio ſed & natura tantũ intereſt
quantũ facile noſtrũ unuſquiſq; tollẽs oculos intuet̃
quę quoddã mediũ extrema fugiẽs ita te inter utroſ/
q; mediã locas: ut te ſine nullus ſit ad deũ acceſſus:
nulla quę ad illũ perducat uia:quę ſola nullius exter
nę rei indigens: Ita oĩa ubi non es manca efficis:atq;
ubi es deprimis:ut in principe laudãdo genus tacea/
tur: diuitię cõtemnant̃:imperium paruifiat: Forma
ętas Anni ſileant̃/& de te tanq̃ firmo ſtabiliq; ſolo bo
no exquiratur: Quanta uero in eo extitit diuini cul/
tus obſeruantia:quanta in deum pietas: cum eius pe
ctus atq; animus gratiſſimũ aliquod domiciliũ tem/
plumq; religioni delectum uideretur:& uel ob hanc
ipſam a populis amaret̃ colereturq;. Nihil enĩ tam
ualet ad multitudinis animos conciliandos q̃ diuini
cultus opinio:Hac ex hoſtib⁹ amicos ex alienis ſuos:
ex infidis fidos faciebat: & ad ſeſe amandum peregri
nos & in exteris terris agentes alliciebat:tũ quę eius
promiſſis aſſeueratio: quę comitas grauitate tempe/
rata: quę in omni uita continentia: quæ ſententiarũ
grauitas: quę uerborum maturitas: quę in omni uo/
ce conſtantia: in uultu affirmatio: in oculis in omni
deniq; geſtu habituq; corporis fides: omnibus omni
no temperatus affectibus:uniuſcuiuſcũq; uirtutis ſic

tenax:quasi illã solam possideret: ad unãqquãq; rem uerbis uultuq; accõmodatus: si seria grauis: si iocosa urbanus: si remissa iucundus: si dubia circũspectus: si leta facilis:si aduersa infract⁹:nullis tectus simulationum inuolucris: frons oratioq; uerissima nec quodam quasi fuco sublita:sermoq; ipse quãuis nõ summa elocutione expolitus:nec assiduis studiis elaboratus/ attamẽ in rem proprius uarius uber copiosus & efficax:si qqnid enim de more de memoria de exemplis acute:si quid de federibus usuq; perite:si quid de bellis regniq; auctoritate grauiter ediſſerebat:ut uerum certe illud uideatur esse:quę homines doctrinis litterisq; dediti longa indagatione ex ipsius naturæ aditis se putant eruisse:inuentuq; ceteris difficillima arbitrant⁹:ea omnia his qui singulas uirtutes penit⁹ comprehenderint: tam patere tam in procliui eẽ: ut quę facere dicereq; uelint:ac si omnia inumerato possideant facilime exequantur:Hinc nullum unq̃ in illo amor iudicium impediuit:nil iniqui suasit odium (multum enim parua etiam uicia in summa fortuna possunt) nulla libido ad uim impulit inferendam: nullus ad uindictã stimulauit dolor: nulla precipitem egit inuidia:nil rectũ ira prohibuit cernere:non illum extulit superbia:non rapuit cupiditas:non denique a uia rectoque detorsit auaritia: sola Principum pestis familiaris: sed tunc se accipere existimabat cũ maxima donabat:nõ scurris: nõ moris:nõ Sãnionibus:sed ꝓbitate:sed doctrina:sed uirtute ꝑditis

quorum assidua utebatur consuetudine: quosq; studio honore reuerentia complectebatur: nullũ intermittens diem: quo non pręclari aliquid aut legeret aut audiret: semperq; in naturę rerumq; occultarum cognitione: pręteritorum memoria: clarorum uirorũ exemplis insistebat: non famę/ non nominis duntaxat causa: sed & uirtutis amore: quid honestũ: quid turpe: quid expetendum: quid fugiendum exquirebat: Hos fortunis/honoribus/dignitatibusq; honestabat: Hos premiis prouocabat: ut iam bonarũ artium studia omni Hispania lacertos mouere & quasi reuiuiscere uiderent̃: Quis enim adeo expers iudicii est: qui nesciat principũ iudicio stare ingenia & cadere: Quo acerbius huius interitus uobis ẽ ingemiscẽdus Viri litteris bonisq; artibus dediti: quos hic frequentes uideo cõueniſſe: quoniam nescio quo nam malo fato uestro aut Principum mentis: quasi luminibus in uos demerendo fortunæ & gloriæ officit altitudo: illorumq; aciem sui nominis splẽdor prestringit: uel quod in ueteri erat prouerbio merula ad merulam: nec amant quos sensibus uiuendique ratione disiunctos esse cognoscunt: seu potius inimicas uiciis litteras non tam odio q̃ reuerentia persequuntur: Atq; si qui tandẽ sunt: qui uos labentes excipiant corruere nõ sinant: fulciant: & re fortuna fide substineãt: ne medio eradicant̃: Hoc illius ergo erat ociũ: Hæc corpis animiq; laxamenta: Hę a curis intermissiões: hęc inter graues occupatiões cessatio: tum si qd laxi⁹ genio

indulxiſſet: aut corpori reficiendo leuándoq; animo operam preſtitiſſet: nusq̃ turpt ocium: nusq̃ molicies: ſed paterni decoris imitator: in qbus ipſius poſſet apparere induſtria factitabat: curſu: luctãdo: haſta: pugilatu: ſaliendo: ſeſe exercebat: & ipſa etiam remiſſius quod ocium uoluptaſq; cũ rara eſt atq; honeſtiſſima tum maxime delectat: Nec uelim uos hec Patres: quã uis nuge ſint: nugas putare: nihil enim eſt quod eque ac ocium principũ mores uitamq; proponat & explicet: magnum preſtant uitiis uelamentum occupationes illa occultant: prodire non ſinunt: & quadam ſe ueritatis ſpecie obtegũt: at cum ad ocium uentum eſt tum principum mens recluditur: archana reſerantur intimi ſenſus oſtenduntur: ipſeq; animus tune qualis ſit facile cognoſcitur: cuin ſeriarum laxamenta curaq; quo fulcmento fulciantur inſpicimus: Fallitur tamẽ ſi quis exiſtimat me trita oratoribus orbita decurrere & iis uti laudibus: quibus cęteri ſolent honeſtari/continere enim cupiditates facilem/ſe prebere abſtinentẽ eſſe/ pclara magis ſunt quã difficilia: in quadã animi inductõe: & uolũtate collocata Virtutes quaſdã heroicas & que raro in mortalibus appareãt: liceat in illo admirari: Si enim ingenia in regibus laudant: quod facile ſoleant apprehendere: prudenter iudicare: ſapiẽter exequi: Quod nõ dico ingenium ſed uim mentẽq; diuinam in hoc dicemus extitiſſe: cum nõ ſtatim apprehendere: ſed quodammõ meminiſſe: nõ iudicare: ſed decernere: nõ ſapiẽter exequi: ſed quaſi ꝑ cõperto

unam quãq; rem efficere uideret: Nulla rei difficultate superabat: non confundebat uarietate: non multitudine obruebat: Quãuis enim maxima ingenia & nostra tempestate et patrũ memoria uiguerint: illa tamen scimus & numero rei & pprietate quadam terminata fuisse: ita ut non unus in omnibus: sed singuli in singulis uirtutibus excellere potuerint: Hũc ego quoquo me uertam non queo discernere: ad quod potissimũ natura genuerit: cum ad omnia quasi singula genitus esse uideret: nihilq; illi abfuerit: quod si ad esset maiore laude dignũ iudicaremus: ut in hoc uno laudum omnium quasi quedam armonia conuenisse censeret: nihilq; ageret: quod nõ undiq; plausum admiratiõemq; excuteret: ut nihil seueritati ilaritas/ gra uitati simplicitas: maiestati humãitas detraheret: Bonor studior ardentissimus philosophiæ inuentis supra ętatem imbutus: Theologię sacrisq; litteris sic deditus: ut ludis: spectaculis: cęterisq; corporis non solũ uoluptatibus: sed etiã necessitatibus ob illã ipsam se defraudauerit: Et quoniã uetus dictũ est qualis qsq; sit: id comites amicosq; ostendere: non ullis stipatus Satellitibus: non adulatoribus oppressus: sed undiq; principũ nobilitatisue flore circũfusus ꝓut alterutrũ frequẽtię genus iualuisset: Hos nec terrebat: nec timebat: sed in regni usum suis maiorib' clariores ꝓmebat: seq; illis quoddam quasi specimen & exemplar ꝓponebat: dumq; ei chari: dum probati: dum grati esse desiderant: omnes illius uiuebant moribus: Quis enim

est qui se non ad principis similitudinem instituat: ut in omni uita: quę leges impetrare nequissent: eius efficeret reuerentia: Nec quisquā putet ocio iuuenē marcuisse: Tantam grauitatem prudentiam auctoritatemq; prę se ferebat: ut omnē regni molē sustinere posse uideret: & quantū æui immaturus: tantū imperii maturus cognosceret: Viuebat ergo equali cū parentibus potestate: & quod consenescebat in illis: in hoc crescebat imperium: Illi iam ipsi parentes incūbebant in illum imperii onus reclinabant: nęc tantū ꝓuincialium ad eum causę deferebant: uerꝝ & ne foris quidem etiam in his christiani orbis maximis motibus: quicq̄ eo inconsulto fiebat: Tanta erat parentū cura studiūq; in filio educando: Stabat hinc pater de se pręstans exemplar: docebat illum durare hyemes: sudare æstates: castris locū solerter capere: comeatus expedire: hostem ludificari: pugnæ tempus locumq; eligere: aciem instruere: urbes obsidione cingere: nullum sibi castrense munus sordescere: fines terminosq; imperii propagare: Stabat illinc mater tot tātisq; uirtutibus conspicua: tenerꝝ adhuc pectus religione formabat: patrias consuetudines iura gentiū: maiorum res gestas: populorꝝ federa: pactiones conditōnes edocebat: quanti esset ostendebat: non solum regni morbos curare: sed & ulcerum inuenta capita sedesq; exstirpare: membrumq; quod insanabile esset urere: secare: abscindere: nec integra pars contagione corrumperet: pluriſq; esse membrum/quoduis potius/quam

totum cum illo corpus interire: ne si quid nō penitus abscissum relinquat aliqñ se efferat & ad pululandū reuiuiscat: Illa bonos honoribus exornandos: malos pęnis cohercendos: Cūq; regnū multorū sit capitum corpus: nec mos geri singulis possit: omniū potiusq; seorsum cuiusq; rationē habendam esse admonebat: Illa bene consulta bonos parere euentus demonstrabat: Regium thesaurū amicos esse explicabat: sordere aurū quod ex lachrymis oriretur: uitandū odium inuidiā contemptū: & ueluti crescēte liene reliqui artus & membra tabescūt: ita turgēre fisco regio omne regni corpus languescere idicabat: Illa quomodo sedandę discordię: constituenda iudicia: reuocanda fides: comprimendæ libidines: tuendiq; populi essent expromebat: O pulcherrimū honestissimumq; certamen stimulantiū parentū & filii pręcurrētis: O pręclaram institutionē: & laudatissimę uitę sanctissima fundamenta: quibus ne illa etiā ipsa omniū artium mater philosophia nec plura nec meliora potuit excogitare: Scio Patres amplissimi gloriam tam sanctissimorū regum in omni uirtutū genere maximā esse: eamq; puagatam & in suos & in omne genus hominū magnoꝝ fama meritoꝝ: tamen id ausim affirmare: & pace eoꝝ dicere: nullā esse quā nō hęc filii educatio anteceſſerit: Multę sūt (nō diffiteor) ab illis pacis belliq; artibus fortiter / constanter / sapienter / res gestę: quę coꝝ nomen ęternitati sola possunt cōmendare: Sed si cum hac filii educatione comparent: mi-

nora quam pre se ferant reperientur: gesserunt sane rem comunem tam preclare: ut addi nihil possit: uerum sibi illa gesserunt: omniumq; rerum spes in eorum est uita collocata: dum autem filium erudiunt dum gubernaculo admouent: ueram publice salutis curam retinere cognoscuntur: ut & posteritati consulant: & pluribus infuturum sæculis prouideāt: Adde quod fugare hostes: Christiani imperii terminos augere: Nobilissimas gentes: Ferocissimos populos: bellicosissimas nationes: armis sapientiaq; uincere: Regnum pugnacissimorum hominum: Equorum ferax: belli studiis asperrimum: natura & arte munitum: ad Africam mari ad Hispaniam altissimis cintum montibus ex Barbarorum manibus ultra septingentos annos ab illis possessum extorquere: ipsam hanc dei munus sedem in disiũctissimis terris positam tutari: maxima sunt quidem: & nostra memoria non audita: ueruntamen huiusmodi sunt: ut in homines cadere posse existimentur: illud fuit omnium maximum: illud insolitum: illud uere diuinum: Cum ipsi cæterorum principum: externarum gentium: potentissimorum populorum res gestas gloria preterierint: inuenisse quo pacto in filio uincerentur: ut quæ uirtutes in duos fuerant diuisæ Filius solus omnes possideret: Ergo hoc erat parentes non iam ut antea glorioſissimi: sed infeliciſſimi: quod uos illi principes terrarum: Clientelis: beneſitiis amicitiis: affinitatibus: deuinciebatis:

procreata : quo cum uentum ſit : ni ceſſarent: fruſtra ſubſiſterent:cumq; natura perfectiſſima ſit:nihil fruſtra eſſe patitur : ſit tamen utcunque : illud certe poſſumus affirmare uere miſeros nos eſſe: atque eo miſeriores: quod miſeriam noſtram uix cognoſcimus: Et tamen quanta eſt parentū etiam in tanta clade magnanimitas: conſtantia: fortitudo: Audite rē obſecro Patres:quę etſi in ceteris admirabilis in Ferdinando tamen Rege: quia ſemper aliquid aut dicere aut agere præclariſſimum ſolitus eſt: pene non obſeruata: Vix dum egerat animam princeps cum tota regia ingens editur eiulatus uolutabant ſe humi proceres: plangebant pectus: laniabant genas:cum cubiculo progreſſus Rex:uultu illo immobili: ne oculis quidem una lachrymula corruptis : iubet ſuos gemitu abſtinere : tantum dolorem dictitans nec eſſe ſapientis uiri nec Chriſtiani: O uocem nullo alio niſi te uno Ferdinande dignam: abdunt ſe cęteri in penitiſſimas edes : lucem oderunt:ſolitudinem amant: Tu hominū congreſſum non perhorreſcis : tu nihil de priſtina illa fortitudine:tanto percuſſus dolore remittis:tu qui fueras conſolandus: tuorum lachrymas ſedas: nec ſat putaſti uictorem te gentium eſſe/ ni etiam doloris fuiſſes: Eat nunc ſuarum rerum oſtentatrix uetuſtas & neſcio quos mihi Paullos:Martios:Horatios:Philippos obiiciat:quaſi quicquā in illis cum

hoc ſit comparandum: amiſerunt illi filios: ſed tamen alii ſupererant: Priuata in illis res iacturam patiebatur: in hoc publica: atque illi tandem ſeipſos continebant: Hic etiam alios in audito fortitudinis genere cohercet: & tamẽ nil proficit: nõ enim omnium eſt tanta fortitudo: non omnes illi ſimiles ſumus: Quo nam modo poſſimus nos cum illius ſubiit memoria in lachrymas nõ reſolui? Et tibi non fortis ſed dure parens poteſt ne eſſe ut oculis non oberret: Illa erga te pietas: illa obſeruantia: illa ueneratio: Non ſuccurrunt: ſermo blandus: ioci: Ilaritas: occurſus: colloquia: nõ illa infantia quę quãuis cæteris ſit ętatis partibus infructuoſior: eſt tamen uel ipſo labore dulcior: An ingenium illud ad omnia ſumma natum nõ meditaris? Illam faciẽ non meminiſti? cuius ad aſpectum nulla poterat durare mœſticies: in qua triſtem uultum laxabas: remittebas curas: ſollicitudines omnes ſemouebas Non ſentis te circa meſticiam/ merorem/ ſolitudinem: An animo excidit uel ſaltem dies illa cum tu illum obſeſſis Granatæ hoſtibus ſublimi inuectũ equo: armiſq; aureis conſpicuum oſtẽtaſti? Ex quo ſuis penitus rebus diffidere Barbari ceperunt: O rem inauditam Pater ſiccis oculis funus ſpectat: Orbis Chriſtianus abſentẽ luget: meret: ingemeſcit: Quę enim ętas: quis ordo noua quadam pietate non deflet: Quis eſt qui bono principi ſtipenda

hic ne eſt fructus letiſſimaꝝ nuptiaꝝ: uerum eſt illud profecto quod eſt apud poetam neſcio quem ita deo placitum ut uoluptati meror comes conſequatur: hic ne eſt quem animis conceperamus puniciſ armis captorumq; regum cathenis grauis triumphus? Hæc ingentia captiuorum nomina: nec nominibus corpora indecora? Hic ne es tu ſublimis inſtanſq; curru deuictarum gentium tergo: Hæc ne ſunt illa ſigna uictricia? principibus regibuſq; Barbarorum funeſta: ut ipſę aquilę leoneſq; quaſi preſentem ſentiant iacturam de preſtino terrore multum remiſiſſe uideantur: Hęc ne eſt ſpes omnis tua potens Hiſpania: que tãto principe plus ſolito intumueras: Quid tibi nunc prodeſt Hinc Pyreneis ueluti eterniſ montibus uallari: illinc Oceano mediterraneoq; mari: naturę ſolerti ingenio claudi: Quid cœli inter utrũq; axem tẽperies: Quid in omnium frugum genera fecunditas? Quid metallorum abſtruſſæ diuitiæ: & aureis fluens harenis Tagus? Quid corporum ingeniorum que feracitas? ut tanquam ex equo Troiano meri bellatores gingantur? Fortiſſimi imperatores: optimi pontifices: facundi Oratores: ſanctiq; Poetæ naſcantur: ut que diuiſa ſingulas prouintias Beatas efficiant: ea tibi omnia ueluti altero orbi adſurgant Hic dies horum tibi omnium diſtractionem: diſſidium uaſticiem adtulit: Fructum ademit: leticiam precidit: ſpem interrupit Scilicet hę ſunt faces quas nuptiis prætuliſti Margarita uxor infauſtiſſima? ideo ne terraꝝ orbẽ omnibus

iactata fluctibus emensa es: ut maritũ uix dũ uisa de fleres: nimiꝝ hoc erat: quod tu nõ potentiã illius sed illũ ipsum reuerebare: quod ad mores uitamq; illius componebare: quod illius simplicitas: illius candor: illius ueritas in te iam agnoscebat: ut dubitar omnes cogerent ab illo ne ad recte uiuendũ bene instituta: an cũ illo nata educataq; fuisses: O fallacem leticiam O durã mortaliũ conditionẽ: magna & seua mercede imperiũ in cetera creata omnia adeptã: Liceat hoc loco Patres Ampliss. reꝝ omniũ artificẽ iustis querelis solicitar naturam: quę nimis arctos uitę terminos statuerit nimisq; breuem uitã homini dederit: quẽ ad tã multa & magna genuisset: ut uideatur quandoq; suo ipsa operi inuidere: & quasi ad perfectam tendentes sapientiam: quibus nihil aliud preter tempus deesset interposito ueluti flumine interrumpere: An forte suos unicuiq; in initio statuit fines: ut nil ultra suũ crescendi modum se extenderet: & sicuti corporibus ita ingenio rerum cognitioni: sapientięq; quidam fixus est limes: An rapi morte immatura: nihil de uitæ dignitate detrahitur: cum celerior sit uirtutis cursus quã ætatis: nec referat quã diu: sed quã bene quis uixerit: Cũq; amplissimum uitæ spatium extet usq; ad sapientiam uiuere: ille diu dicatur uixisse: qui ad illam peruenerit: eumq; uitæ fructũ tulerit: quem pauci senes sint cõsecuti: atq; ideo cito extingui: quod non immerito a natura institutum est: ut quæ citius fructum ꝑficiant/citius arescant: omniaq; certum ad finem sint

& tanq̃ rurſus caperent̃ ululatũ ingentem ædituros
Et ſane licet parentũ nos moueat infelicitas:fructũq;
illis uberem perſoluamus:quod ſcimus publicum of
ficium: quãuis in ſecundis ſit iucundius in aduerſis
tamen gratius eſſe: nihilominus cur quod ſentimus
omnes nõ tandem aliquando fatemur:& iuſto dolo-
ri frena non laxamus: nõ enim quem uis externi or-
bis lugemus:ſed noſtrę reipublicę ſtatum:cõmunem
ſalutem:ſpem bonorum omniũ:quę ſola fortiũ men-
tes cogitatiõeſq; ſuſtinebat: omnia deniq; doctorum
perfugia:innocentiũ ſubſidia:rei cõmunis opes con-
ſilia auxilia deflemus: noſtramq; noſtram inquã ca-
lamitatem deploramus:credebamus deum feſſis no-
ſtris rebus conſulturum bonũ principem dediſſe: ue
rum nõ dedit:ſed oſtendit:ut intelligeremus: ſi tales
eſſemus quales eſſe deberemus: Reges deducta ſuc-
ceſſione nõ defuturos qui fortitudine:cõſilio:ſancti-
monia rem chriſtianã reſtituerent: Sed indigni ſunt
illo noſtri mores:ut mihi quidem uideatur : ipſe im-
mortalis deus ob noſtra delicta a nobis penas expe-
tere:ita ſi ab initio ordiamur:& omnia ad extremum
perducamus:nouiſſimaq; primis conferamus: Nul-
lum iam noſtra ętate regnum eſt:quod nõ fuerit pro
prio ſucceſſore interruptũ: nullum cladis genus eſt:
quod non ſimus paucis annis perpeſſi : nullus dies
priore non acerbior: nulla inſequens ętas anteceden
te non calamitoſior:itaq; non febribus imprecemur
nõ morbos execremur:nõ deũ querelis ſollicitemus:

nostrum tandem crimẽ agnoscamus. Nos enim nos inquam illum occidimus: nostra causa extinctus est nostra illũ delicta obruerunt: Christe supreme: Christe omnipotens: & quem nobis rerum nostrarũ exitũ ostẽdis: quã spem reipu. das: Quotus enim quisq; ex tot principibus inuenitur qui publicam rem amplectatur: qui solidam ueramq; laudem querat: nam ad bella ciuilia/ad luxum/libidinemq;: ipsi etiam sponte sua incitantur: & uel solo nutu impelluntur: Ad cõmunem uero rem tutandam ita tardi: ita segnes sunt ita torpent ingenio: ita in labore nullius honestæ rei uigilant: ita a langore/somno & utriscq; turpiore malarum rerum industria occupantur: ita obscenis studiis tenentur: ut quę ipsi facere nõ erubescant: pudor litteris mandare prohibeat atq; hoc tandem eueniat: ut dum rerum negligant principia: tandem ad extremum ipsa excitentur necessitate: dumq; auctoritatẽ retinere studeant: tarditate desidiaq; ocium querant utrũq; e uestigio inconsulti ãmittant: Tu ergo si non dum tuum genus placuit delere: si Christianum adhuc nomen propitius respicis: ne tantũ permitte mali: ut hęc luxata & cõuulsa religionis membra tuo tã pręcioso compacta sanguie disrumpant: Tu saltem nobis hos serua Reges: quibus filium ademisti: tuãq; non nisi ea qua prodes parte: potentiam extende: Tu lapsis rebus nostris datos reges sicut nobis ita ceteris mortalibus sacratos esse uelis: Patere hos tuo generi iam diu egro & afflicto mederi: sine hęc side-

rias lachrymas non ſoluat: Infelicium parentum nō miſereatur: qui & ſi maximum cepere fructum laborum quantum maximum in re preſenti capere potuerunt: quia tamē magnam adoleſcentię flores ſpem pre ſe ferebāt: Fructꝰ maturioris etatis expectabant: Ecquid mirum ſi urbes/ populi nationes ingemiſcūt: Sola quin etiam terrarum ultima/ Tum: mutę regiones: & hi ipſi parietes cōmoueri mihi uidentur: & ipſa dura ſaxa iacturam deflere cōmunem Cogitate obſecro Patres & ante oculos ponite tantam Chriſtianorum populorum in ſeruitute degentium multitudinem qua ſpe fuerint animati cū acceperint regnare Reges omni Heſrię: Quibus plura deus q̄ ullis unquā hominibus dederit: quorum diuina atq; eximia uirtus magnis luctibus funeribuſq; Chriſtianæ reipubicę ſubuenerit: qui ſępius triumphauerint: quā cęteri caſtra uiderint: tot uictorias habuerint: quot i rerum natura eſſent genera bellorum: tanto florerent ingenio: ut euentus rerum: non Dux ſed Comes ſuorū conſiliorum extitiſſe uideretur: Tanta fortitudine ut nationes quę numero hominum & multitudine ipſa poterant in noſtrum orbem redundare: influentes repreſſerint: ad eorum urbes ſedeſq; penetrarint: Partem ita fugauerint: ut in ſua Africa ſe recipientes uix tanto mari ſepti tutos ſe eſſe arbitrentur: Partem uero ita fregerint: reciderintque ut uix

extent: ita domuerint ut quieſcant: Ita pacauerint ut a nullo minus quam ab illis ſit pertimeſcendum: Tanta iuſticia ut nullum unquã bellum iniuſtum ſuſceperint. Eiectos regno Reges reſtituerint: Socios/amicoſq; defenderint: pulcherrimum/ ſpecioſiſſimumq; orbis habitaculum obſidione liberarint: Tanta religione/ integritateq; ut omnes populi exteręque gentes: non modo illis caſtiores: moderatiores: ſanctiores non uiderint: Sed ne ſperando quidem aut optando cogitauerint: Hos omnem operam/ſtudium/uim/cogitatum/eo contuliſſe: ut Chriſtianum imperium augerent: Iam Mauros omni Europa expuliſſe: In Africam expeditionem paraſſe: Inſulas in mari Lybico ad illos defeciſſe: atque interim miſiſſe: qui maria ſcrutarentur ut apud ipſos Antipodas quos ne uſquã eſſe quidem antea putabamus: Chriſti nomen penetraret & quas regiones: quaſq; gentes nobis antea nullæ litteræ: nulla uox: nulla fama: nulla maiorum monimenta: notas fecerant: has eorum copię ne inuenerint ſolum/ſed & peregrarint & domuerint: Hos ergo cum accipient unico filio/animo alacri/frugalitate/ continentiaque admirando: patiente laboris: uoluptatibus alieno: potente & nulli ceſſuro ponderi ingenio: in quo denique uterque parens agnoſceretur: orbatos eſſe: facile eſt coniectare quẽ ſentimus dolorẽ: an nõ putatis nr̃ę opis diffiſuros/

ra: quę nobis in profundū precipitatis in tenebraſq; demerſis refulgent diu lucere: Permitte hos intima Africę recludere: & barbaras natiōes tuo ſubicere imperio. Hi orbem tuū tot bellis quaſſum placent: nouum aperiāt eoſq; ducant triumphos quos precipua ex eorū uirtutibus ſūma in te pietas promittit: quicquidq; acerbum principis funus concuſſit: in locum ſuum reſtituant & reponant: Et huius animā omni terrena labe defecatam: nullo coinquinatam flagitio nullo crudelitatis aut impietatis ſcelere contaminatam: in ſancta recipe domicilia ut cum tibi omnia uitę ſuę curricula uadata eſſent: nunc ſe religionis modeſtię/ pietatis/ iuſtitiæ fructū ſentiat percepiſſe. Q d futurum Patres ampliſſimi: ita noſter princeps habuit pro comperto ut uideretur nulla alia de re inuita magis quā de mortaſſe cogitaſſe: fortiter/ conſanterq; Chriſtiano uiatico ſumpto fatū excepit: nil queſtus qd adoleſcens moreretur: quod non potuerit uitę muneribus frui: quod illam quā ſibi parentes optimi ob egregiam indolem promittebant ſpem fruſtratus abruperit: ut mors eius conſentanea uitę ſanctiſſimæ/ honeſtiſtiſſimęq; acte fuerit: Siccine ergo deſeris nos princeps: tu ille qui parētibus domi eras ſolatio: foris ornamento: conſiliorum arbiter: curarū particeps: depulſor merorum: Tu ille qui iam prudentia matrem æquabas: Patrem animo uincebas: utrūque certe populorum beniuolentia ſuperabas:

07417

Tu ille hostibus terror: nostris ardor cuius ad nomẽ tremebat Asia: horrebat Africa: incognitę antea gentes & toto auulsę orbe parentũ tuorꝫ auspiciis inuẽtę uenerabant': Tu ille amor populorꝫ/Regum concordia labantis Christianæ rei pub. spes pene unica tot Christianorꝫ ĩ seruitute degentiũ solũ desideriũ: Tu inquã tanq̃ solstitialis herba paulisper fuisti repente occidisti: & nũc primũ firmata iuuentutis stirpe flo/rescens: tanq̃ turbine aliquo aut subita tẽpestate per/uerteris: & qui uniuersum Christianũ orbem sola spe sustinebas: iacentẽ te nõ uniuersus ille potest erigere quod qm̃ facere nõ potest: illud quod est in sua pote/state nõ omitteret: atq; utinã maiora posset qñquidẽ ab illo maxima accepit/semp igitur optimi principis nomẽ omniũ uigebit mẽoria seculorꝫ semp letissima facies: & amabilis uultus in omniũ oculis ore aio se/debit: Ibitq; in omne ęuũ quãdiu fuerit ullus uirtuti honos: quãdiu steterit litterarꝫ scientia: Poetarũ car/minibus: Annaliũ monimentis celebrabit' prudentium iudicio expendet': nulla unquã ingenia sinent interire nõ uetustate obrui nõ deleri obliuione: quẽ alet posteritas: ęternitas ituebit': omnis regũ soboles imitabit': cuius memoriã ppetua ueneratione pietateq; sempiterna colem⁹: Ipse cũ principe omniũ deo apud quem felicius sibi regnũ adeptus est inter patrum auorũq; complexus ęuum deget sempiternũ.

DIXI.

HA498
I48d